



1157



Oprawniono w r. 1943.



1157

N. Inv. 1157

# STATUTA

1157

## Academiae Posnaniensis

Ex Antiquis Statutis & Ordinationibus  
eiusdem Academiae tum ex Punctis ab Il-  
lustrissimo Capitulo Posnaniensi recen-  
ter transmissis

## RECITANTUR.

Magnifici Penillustri Clarissimi & Admo-  
dum Reverendi D. M. Casimiri Pata-  
szowski, Sacrae Theologiae Professoris,  
Collegae Majoris, Ecclesiarum Collegia-  
tarum S. Floriani Separdi & ad Cra-  
coviam Custodis, Cureloviensis De-  
cani, &c. &c.

*De Consensu totius Almae Universitatis Cracovensis*

## FORMATA

Anno Verbi Incarnati

M. DCC. XL. VI.

Statutum est Jus municipi-  
pale habens vim legis & pro le-  
ge habetur. c. Licet. de Constit.  
in 6to. l. Omnes populi. ff. de Just.  
& jur. & l. Cunctos populos. C. de  
Summa Trinit.

Quod rationabiliter definitum  
& statutum est, non debet violari.  
can. ecclesiastice. 25. q. 2.

Deus est coram D<sup>co</sup>, qui niti-  
tur utiliter Statuta ac definita  
rescindere, & roborata quolibet  
ausu violare. can. Leci. 35. q. 9.

Non est reprehensibile si se-  
cundum varietatem temporum  
Statuta quandoq; variantur, presertim  
urgente necessitate, vel evidenti utili-  
tate. c. Non debet. de Consanguinit.

PROLOGIUM.

Quia in omni bene constituta Republica ordo, qui est anima rerum, adeo est necessarius, ut sine illo nihil recte agatur, ac sola tantum maneat regnetq; confusio; l. Quaecunq; ff. de Actionib. et obligat. jam vero ubi iste reperitur, vera in Communitatibus recolitur concordia, ex diversitate animorum in dices adolescit connexio et recte Officiorum geritur administratio singularum. can. Ad hoc. dist. 29. Quod ut in Academia Posnariensi Universitati Nostra Cracoviensi Studij generalis a sui origine subordinata et ab ea dependenti fiat; antiquas ejus constitutiones novissimis ad auctas ad executionem deducendo ordinamus et tenore sequentium Statutorum in partes <sup>sex</sup> subscriptas Divisorum disponimus.

P. A. R. S. Ima.

De Clarissimo Directore.

Statutum unum.

De tempore electionis et discessus Clariss. Directoris.

Quando quidem totius familiae Status et ordo nutare solet, si quod requiritur in corpore, non inveniatur in Capite. can. Miramur. dist. 61. ideo Universitas Cracoviensis providendo de capite Colonus sua Academia Posnariensi, talem Directorem per electionem in publica Convocatione faciendam, ex Professoribus Juris, aut etiam <sup>in causa</sup> Majoris vel Minoris Collegiorum, quolibet triennio nisi aliud rationabilis causa suadeat, querere debet, ut illi loco non solum praesere, sed etiam prodesse possit. Qui taliter

electus & Literis Patentibus à Magnifico Rectore pro  
tempore existenti instructus, ad salutem sibi cum assen-  
su & dependentia Eiusdem Magnifici Rectoris Sto-  
phoribus ad ornandam sp. Atham & promoven-  
dum commune bonum non inutilibus, in loco loci  
pro Feste Sanctorum Apostolorum Petri & Pau-  
li in Junio, alias sub tempus generalis Capitu-  
li Posnaniensis tunc celebrari soliti; comparere,  
seq. una cum Professoribus Illustrissimis Praelatis  
& Canonici capitulariter congregatis in decenti  
habitu Academico presentare, illos tanquam su-  
os Patronos recognoscere ac ipsi debitum honorem  
ubiq. exhibere tenebitur et erit adstrictus Patronis  
enim debetur honor & veneratio c. Nobis. de iure.  
Patronatus

### Statutum 2dum.

De Rationibus per Clar. Directorem antiquum facien-

Quoniam finito officio, molestias & pericula fini-  
niri debere, rationi congruit. l. Temporis. C. de Pericul.  
Dutor. & Curator. propterea Clarissimus anteceda-  
neus Academiae Director, finito Directoratus sui  
officio, ut omnes curas, sollicitudines & molestias,  
quas stante Directoratus sui officio sustinuit, de-  
ponat, easq. in novum Clarissimum Directorem  
transferat; Reverendissimos praefatae Acade-  
mie Provisores, aut in absentia vel defectu eorum  
alios à Praeaugusto Capitulo ad instantiam sui  
Deputatos Praelatos vel Canonicos ad Acade-  
miam pro facien. coram illis de Perceptis & ex-  
pensis Directoratus sui rationibus invitare  
debet, quas ut ex integro in presentia novi Dire-  
ctoris

8  
clon) ficut & quietationem a Serillustribus et  
Reverendissimis Provisoribus, aut Deputatis a capi-  
tulo obtineat, ac controversias, quae circa calculatio-  
nem eveniunt, eritet; eidem Clarissimo Directo-  
ri noviter accedenti. Registra Perceptorum et  
Expensorum omnia & singula ad videndum  
& ventilandum, ne arguatur in sufficienter  
redditi calculi; prout calculationis etiam non  
requiritur communicet. Ratio enim non suffi-  
cienter reddita, iterum peti potest, et reddi  
debet. l. un. C. de Error. Calcu.

### Statutum 3<sup>ium</sup>. De Inventario rerum mobitium & utensilium.

Cum Regis ac Inventarium juxta doctrinam Bar-  
thol. in l. 1. §. De servis. ff. de Jurel. & rationib. distrahen.  
parificentur. statuiamus proinde ut quilibet Clarissimus Di-  
rector non solum de perceptis & capensis, sed etiam de rebus  
mobilibus & utensilibus pretio comparatis faciat rationem,  
easq; omnes & singulas sibi Inventario ab Antecedente Di-  
rectore traditas, Successori suo cum annotatione auctoris,  
si qua facta fuerit per Inventarium a se & Successore sub-  
scriptum, intra triduum reddat. Et quidquid ejus culpa vel de-  
terioratum, vel deperditum est, reparari & resarciri curet in  
effectu. Quae enim ad conservationem inducta sunt, imminutio-  
nem et perditionem operari non debent. l. Nulla. ff. de Legit.  
& Jason. in l. Legato. n. 1. ff. de Legat. 1.

### Statutum 4<sup>um</sup>. De Registris Perceptorum et Expensarum conficiendis

Quia Rationum introitus prius ostendi debet, quam  
exitus. l. Spadonem. §. Rationatio ff. de Excusat. Tutor. proinde  
quilibet Clarissimus Director prius introitus omnes ex censu-  
bus, <sup>Commensabilibus,</sup> Mummis, Molendino, Typographia ac aliunde perceptos

distinctim tamen & signanter et Typographia, specificando  
quis, quo caractere, minori vel majori, quot philurarum  
Libros vel Libellos aut Panegyres, Conciones vel Orationes  
impresserit, sive reimpresserit, tandem exitus seu expen-  
sas itidem distinctim tam pro victu, quam pro Cerevisia  
& Typographia in Libris Rationum connotabit. Cae-  
rum, quae divisim ponuntur, commodius & facilius per-  
cipiuntur. §. Sed non usq. Instit. Imper. de Legat. Divisi  
namq; unum legentis incitat, mentem intelligentis  
preparat et memoriam artificiosè reformat. g. l. §. in §. §. §.  
v. Partini. Instit. Imper. de actionib.

### Statutum Stum.

De non usurpandis censibus per Directorem ad triennium  
ejus non spectantibus.

Quoniam Officium alterius nemo sibi usurpare debeat  
c. Qua res. de homicid. statumus propterea et districtè  
precepimus; ne & rarissimus Director finitò Directoratus  
sui Officiò usurpet ea, quae ad Directorem in Officiò actu-  
aliter existentem spectant, neve census eundem à Festo  
Nativitatis Sancti Joannis Baptista concernentes vin-  
dicare, vindicatos in solutionem debitorum Sancte suo  
Directoratu contractorum, aut in alios quovis usus, sub pe-  
na restitutionis de suo convertere audeat. Quod si novus  
Director Census ad antiquum Directorem & Professores  
spectantes mediante jure, aut amabili compositione  
vindicaret, eodem antiquo Directori et Professoribus  
restituere sub pena dupli. tenebitur. Quicquid autem  
pro lites expensis erogabit, aut per compositionem (modo  
in illa delus aut aliqua in detrimentum tertis non in-  
tenderit pactis) defalcabit, id totum antiquus Dire-  
ctor cum Professoribus acceptare debebit. Ad quem  
enim fructus & commoda pertinent, ad eum omnes im-  
pensarum ipso jure pertinere debet. l. 3. et 13. ff. de im-  
pens. in reb. dotalib. fact.

Statutum

### Statutum 6<sup>to</sup>. De Officio Clarissimi Directoris.

Quamvis in Officio suo quilibet diligens et fidelis debeat esse et presumatur. l. Si quis, C. de Offic. Civil. Judic. maxi-  
me ille, qui se jurejurando obstrinxit. Gravett. cons. 930. n. 10.  
de Juramentatione. nihilominus statuta presentis Claris-  
 simum Directorem Academiae Romanensis nunc et pro  
 tempore existentem obligatum esse volumus et obligamus  
 ut pro jurata fide, per quam se bonum commune promotu-  
 rum obtulit, quam maximam diligentiam in Officio suo  
 adhibeat, servus ad Academiam spectantes, vindicet, vin-  
 dicatos, inter eos, ad quos pertinent, dividat, Scholas bis  
 in septimana, vel quoties opus fuerit vixit de profe-  
 ctu Audientium, serio inquirat, in labores Professorum  
 animadvertat, ipse illis inpraelegenda semel de die le-  
 ctione Juris Canonici vel Civilis ac in <sup>diebus</sup> Perigliorum et  
 Sabbatis Regularum Juris Canonici vel Civilis aut ca-  
 suum Conscientiae, per semetipsum, aut per substitutum  
 suum unum ad Professoribus, si aliquo impedimento potissi-  
 mum Illustrissimi Loci Ordinarii, Prae Augusti Capituli sive  
 Officii Consistorii Romanensis aut Academiae, vel etiam  
 infirmitatis suae, praepeditus fuerit, exemplo suo praecat sub  
 amissione salarii totalis si per annum, medii, si per medi-  
 um annum, vel partu quarta, si per Quartuale non legerit.  
 Cessante enim labore, debet cessare et primum laboris. arg.  
l. Servo. ff. de Ann. et mens. r. legat.

### Statutum 7<sup>mo</sup>. De Potestate ejusdem S<sup>ni</sup> Directoris quod ad jus dicendum.

Quoniam in omni bene ordinata communitate iudicia  
 et ordo iudiciarius ideo constitutus est, ut nec innocentia  
 insidiis pateret adversantium, nec culpa delinquentium  
 sententiam effugeret iusti examinis. can. Lud. Lotharius.

P. In manifestis. 2. q. 1. ideo reasumendo statuta antiqua  
de iudicijs, potestatem iurisdicendi, tam quò ad Professores,  
tam quò ad studiosos & alios in Privilegio Vladislaw Jagel.  
Ionis Regis Poloniae Universitati Cracoviensi, cui haec Aca-  
demia a prima fundatione incorporata est, & gratiore con-  
cesso et per Sanctam Sedem Apostolicam approbato, ex-  
pressos, Clarissimo Directori nunc et pro tempore existenti  
relinquimus; quatenus iuxta idem Statutum Libris Sta-  
tutorum Regni contentum, innocentes defendat, nocentes  
pro qualitate delicti sine facilitate veniae puniat. Fa-  
cultas enim veniae, incentivum tribuit delinquendi. can.  
Et iuxta. 23. q. 4. in fin.

P. A. R. S. 2da.

De Professoribus

Statutum Iumum.

De Qualitatibus Professorum ad docendum vocandorum.

Quia ille tantum, qui eruditus est, alios erudire po-  
test, can. Revertimini. 16. q. 1. propterea Magnificus  
Rector Cracoviensis Universitatis pro tempore existens  
illos tantum Professores ad docendam juventutem Aca-  
demiae Poloniarum destinare, vel per Clarissimum  
Directorem adscitos approbare debet, quos huius innumeri  
pares, morum gravitate conspicuos, vita et honesta con-  
versatione commendabiles iudicaverit. Magistros enim  
et Auditorum Doctores excellere oportet meritis pri-  
mum, deinde facultatibus. Magistros. C. de Professorib. et  
Medic.

Statutum idum.

De Sedulitate et diligentia Professorum.

Quoniam ne verca eruditionis iux. can. Nihil.  
dist. 83. negligentia appellatur, ideo omnes et Sin-  
guli D. Professores Statuto presenti obligantur  
et serio

et serio sub onere conscientia monentur; quatenus eandem  
 utpotè omnia secundum Authen. de Quæstorib. collat. 6. ta.  
 S. Hæc omnia. et ibi gloss. v. Ab universa. sedentem, tan-  
 quam pestem fugiant, Matrem eruditionis diligentiam  
 sedentur, tempore debito. ad Scholas descendant, ab illis  
 se, nisi in urigenti ac inevitabili necessitate vel stante  
 vera infirmitate non absentent, absentes brevissimo tem-  
 pore in locum sui alterius Scholæ Professorum cum  
 assensu Parisissimi Directoris substituant, Civitatem  
 sepius non adeant, lectioni Authorem Parisicorum  
 incumbant, in difficultatibus occurrentibus ad  
 mutos Magistros Libros, aut invicem ad se ipsos, vel  
 etiam ad Parisissimum Directorem pro resolutione re-  
 currant, seque pro explendo debite sua Professionis of-  
 ficio sub dicto onere conscientia præparent temperare.  
 Absurdum enim et inconueniens est, aliquem modo:  
 primum quærerere discere; cum ex officio alios doce-  
 re debeat. can. Qui. S. Ecce quod. dist. 36.

Statutum 3tium.  
 De officio Professorum.

Quandoquidem eum, qui docet oportet esse talem, ut  
 se ingenijs discentium adaplet. can. Oportet. d. q. 1. Statuimus  
 igitur et statuendo districtè præcipimus: quatenus omnes et sin-  
 guli Scholarum Academiæ Posnaniensis Professores capaci-  
 tati suorum Discipulorum se conforment, ac illos ea doceant, quæ  
 capere possunt. Obscura enim per magis nota, abstrusa per  
 magis significativa, etiam alterius lingue vocabula inter-  
 pretari debent. arg. 1. Rei appellatione. et ibi Aluat. ff. de  
 verbor. et rer. significat.

Statutum 4tum.

De Professore Scholae Grammaticae.

Quia Grammaticorum doctrina non solum ad omnes artes & scientias est necessaria, sed etiam ad ipsam vitam, si fuerit in meliores usus assumpta, proficere potest. can. Si quis artes. § fin. dist. 37. ideo ejusdem Scholae Professor facta suorum Discipulorum secundum antiqua statuta & consuetudinem in Classes distinctione, eosdem singulis diebus & horis sequentia docebit.

Horā mediā septimā matutinā Exercitium breve per Regulas Syntaxeos ex aliqua Sententia vel Historia praesertim Latina dictabit, deinde examen memoriae, absentiarum & polonizantium sub tempus compositionis ejusdem Exercitij instituet.

Horā octavā Publii Virgilij Maronis aliquem librum Georgicorum, ac deinde M. Tullij Cic. Epistolarum librum cum observatione Phrasium, Sententiarum & Annotationum explicabit.

Horā nonā repetitionem faciet quō ad omnes Grammaticae partes, item Styli domum accepti revisionem & reductionem tam in Syntaxi, quam in Orthographia instituet.

Horā mediā 2da pomeridianā examen memoriae, absentiarum, insolentiarum et polonizantium, ac Exercitij matutini reductionem expediet.

Horā tertiā & quartā Publii Ovidij Pastorum & Justinii librum aliquem cum reductione quō ad Regulas Grammaticae, ac Feriā 4ta & 6ta Fabulas Esopi tum prima rudimenta linguae Graecae explicabit ejusdemq; characteres, formabit ac demum stylium in Schola componendum formabit, jam verō Feriā

2da & 3tia domi construendum ad exitum hora dictabit

Sabbato horis Matutinis Examen profectus Hebdo-  
madarii quo ad omnes Lectiones expediet, revisionem dili-  
gentiarum & correctionem Orthographiae tam Latinae quam  
Polonicae cum Disputatione et Grammatica instituet.

Horis pomeridianis Praemisso memoriae lectionum  
pomeridianarum, insolentiarum &c. examine partem Cate-  
chismi explicabit, Stylorum & Exercitiorum correctionem faci-  
et, ac pro die Dominico & Festis Stylum juxta Regulas Syn-  
taxeos domum Discipulis dabit, ne illos otiosi contingat.  
Otium enim & voluptas sunt arma hostis antiqui ad mise-  
ras animas captivandas. c. Nisi. S. Verum. de Renuntiat.

Statutum Stum.

De Professore Schola Poeseos

Quamvis per sacros canones can. Nonne vobis &  
can. Jaco. dist. 37. vanae Poesis studium improbetur & le-  
ctura ejus Christianis prohibeatur; quia nihilominus in  
pueris & adolescentibus praefatum studium, ut recte loqui  
sciunt & ex Poetis inventa utilia, quasi sua, more Magi-  
stri Gentium Pauli depromant, est necessitatis: can. Sacer-  
dotes. et ibi gloss. v. Necessitatis & can. Turbat acumen. dist. 37.  
propterea Schola Poeseos Professor suos Discipulos ut recte  
ac accurate loqui discant & mentem suam ad alias scien-  
tias praeparant singulis diebus & horis docebit sequentia:

Horam 1ma matutinam brevem Stylum Polonicum ju-  
sta Regulas Syntaxeos et Sententias Poetarum vel Oratorum  
plausibilioribus ac potissimum ex Historijs Polonicae deprom-  
ptum & Carmina diversi generis alternatim proponet.  
examenq; memoriae & absentiarum a Schola tum insolentiarum  
& polonizantium faciet.

Horam 2va Ciceronem de Officijs cum observatione

Phrasium, Dogmatum, Sententiarum, antiquitatum  
& reductione ad Regulas Syntaxicos explicabit.

Hora 1<sup>na</sup> Horatium cum simili reductione ad  
Syntaxim & Prosodiam ac cum Annotationibus Histo-  
riarum Poeticarum & Sententiarum Polonice & Periphra-  
stice exponet, loco cuius Feria 1<sup>a</sup> Doctrinam de Tropis  
& Figuris vel artem Poeseos tradet. De conscribendis Epist.

Hora 2<sup>da</sup> pomeridianam Examen memoriae cum  
repetitione Styli matutini & reductione ad Etymologi-  
am & Syntaxim expediet.

Hora 3<sup>ta</sup> Publ. Virgil. Maron. Librum aliquem  
Aeneidæ cum explicatione Prosodica & Annotatio-  
nibus Poeticis & Historicis Polonice & Periphrastice  
exponet.

Hora 4<sup>ta</sup> Curtium cum reductione ad Synta-  
xim explicabit & Feria 2<sup>da</sup> & 3<sup>ta</sup> Stylum Poloni-  
cum vel carmina domum dabit; jam vero Feria 4<sup>ta</sup>  
& 5<sup>a</sup> praemissa explicatione linguae Graecae & Hebra-  
icae Stylum extemporaneum in Schola componendum  
proponet.

Sabbato Horis matutinis Examen profectus  
Hebdomadarum quo ad Orthographiam Polonicam et  
Latinam instituet ac alia Studentium animis neces-  
saria proponet.

Horis pomeridianis post Examen memoriae  
Catechismum praeterito die Sabbati traditum & memo-  
ria à Discipulis mandatum explicabit, ac tandem pro  
quolibet die feriato Stylum vel exemplum alicujus  
Epistolae aut Chriae non obstante die feriata propo-  
net. Scholares enim militibus equiparati, ea, quae  
ad disciplinam suam pertinent, etiam diebus feriatis  
peragere possunt. ! Divus Trajanus. et ibi glossa.

v. Mili.

v. Militarem. p. de Genis & dilation.

Statutum Statum.  
De Professore Scholae Rhetorices & Dialectices  
Quoniam Rhetorica rationem Ornate loquendi ha-  
beat, & Dialectica inter falsa & vera discernat. can. Si quis  
dist. 37. adeoq; tam ad statum saecularem, quam ad spi-  
ritualem summopere necessaria: proinde Excellent Professor nunc  
et pro tempore existens statuto presenti obstringitur, quatenus  
et in Rhetoricis et in Dialecticis suos infamet Discipulos modo  
et ordine sequenti:

Horā 2<sup>a</sup> matutinā Examen memoriae more infeno-  
rum Scholarum seriō faciet cum explicatione alicujus Orationis  
Ciceroniana, et Resolutionibus ex eadem, quae à Discipulis memoriae  
omnino mandari debent.

Horā 9<sup>a</sup> explicationem Rhetoricae Typis impressa per  
exempla et praes. juxta ejus praeccepta expediet, ac Sententias  
domi amplificandas tradet.

Horā 3<sup>ta</sup> pomeridianā Praesidio memoriae Examine  
Dialecticam cum explicatione dubiorum tradet.

Horā 4<sup>a</sup> Librum aliquem Lucani explicabit ac erudi-  
tiones cum Sententiis Symbolis et praxibus dictabit. sed Feria  
4<sup>a</sup> et 6<sup>a</sup> post explicationem Lucani Stylum extemporaneum  
juxta praeccepta Rhetoricae in Schola componendum dabit.

Sabbato horis matutinis Examen memoriae totius  
Hebdomadae cum exercitio perorationis Orationis Ciceroniana  
omnino expediet. et Styli Hebdomadarij correctionem faciet.

Horis pomeridianis post factum Examen memoriae et cir-  
culum ex Dialectica expeditum Dispositionem Orationiam Styli  
Hebdomadarij ad imitationem Ciceronis demum accipiendam  
dabit: diebus vero Pervigiliorum Catechismum dictabit ac cum  
dem memoriae Discipulorum mandatum explicabit. Doctrina  
enim articulorum fidei non solum ad Clericos, verum etiam ad  
Parcos et ad omnes omnino pertinet Christianos. can. Ubi nam.

dist. 90.

## Statutum Unum.

### De Professore Matheseos

Quia Mathematica scientia alia sunt licita et permissa, alia illicita et velita; ac licitum per illicitum non vitatur. c. Dilectus. 19. de Proben. et dignitatib. propterea ordinamus et ordinando serio precipimus: quatenus Excell. Matheseos Professor, qui pro tempore in Academia Posnantiensi fuerit, et qui hanc scientiam cum alia ad quam principaliter a Magnifico Universitatis Nostrae Rectore ordinabitur, profitebitur, ea tantum more Universitatis Nostrae et aliarum Ecclesiarum Romanae Catholicae subjectarum doceat, quae sacris canonibus et ecclesiasticis non adversantur institutis. Quidquid enim Romana Ecclesia aliarum Ecclesiarum Mater et Magistra statuit, quidquid ordinat, perpetuo et irrefragabiliter ab omnibus observandum est. can. enim vero. dist. 19.

## Statutum Duum.

### De Professore Philosophiae.

Quoniam quilibet homo suapte natura scire desiderat. Apud Julianum p. de Iudic. commissar. libertat. ac in amorem sapientiae Philosophiam innata vi propendeat illamque ratiocinando et speculando invenire conetur, ideo ut votorum suorum compos efficiatur, Excell. Philosophiae Professor diligentem operam impendet et ad id praesenti Statuto adstringitur, quatenus arcana Philosophiae suis Auditoribus hora nona antemeridianam et tertiam pomeridianam in cursu Philosophico ad mentem S. Thomae Doctoris Angelici et Aristotelis prolegendo et intra biennium finiendo per explicationem dubiorum adaperiat, ac iuxta antiqua Statuta praeter repetitiones cum usu discendi quotidie fieri debitas, qualibet septimana tempore

sibi

sibi bene viso conclusiones sustineat, ac pro illis defendendis Audi-  
tores ex ordine assignet, Excellentesq; Professores, ut et ipsi in Philoso-  
phicis exercitium habeant, jam vero pro Lunaribus et publicis  
Disputationibus, vel eodem Excellentibus Professores, vel etiam Extra-  
neos ad oppugnandum invitet. Veritas enim saepius exagitata  
magis splendescit in lucem. can. Grave. 35. q. 9.

Statutum gnum.

De Professore Theologiae simulq; Seminarii Profecto.  
Quia Studium Theologiae inter omnes scientias favorabi-  
le adeoq; in fundamento c. Super specula. Re. Clent. vel Monach.  
ampliandum, et ubiq; locorum ne opportunitas discere volentibus sub-  
trahatur, promovendum est, ac juv. c. Quia nonnullis de Magistr.  
promoveri debeat: ideo ut id ipsum in Academia Posnaniensi  
fiat; Profectum Seminarii Posnaniensis nunc et pro tempore  
existentem obligamus, ac eidem serio precipimus, quatenus  
tam suis Seminaristis, quam alijs Discipulis in Lectorio Aca-  
demiae praefatae hora duā. Matutinā vel alia opportuniore  
etiam pomeridianā Theologiam Moralem diligentem praefegat  
conferentias ex illa ibidem habeat, Disputationes Lunares et pu-  
blicas ad instar Cursus Philosophici Professoris sustineat, Se-  
minarii Alumnos in cantu exerceri praefigat; eisdem confirman-  
do re praescripto et dispositioni. Concil. Trident. Sess. 23. Cap. 10.  
de Reform. Computum Ecclesiasticum in Seminario doceat,  
casus alicujus Auctoris Classici explicet, eisdem in predica-  
tione Verbi Divini, catechizatione, administratione Sacramen-  
torum et observatione rituum et caeremoniarum modum porri-  
gat, curetq; ut singulis diebus meditationes semel, examen con-  
scientiae bis de die faciant et absolvant, Missam de Sanctissi-  
ma Trinitate, diebus Dominicis et Festis in Ecclesia Cathedrali  
ex praescripto Visitationis Polibovianae in Anno 1660 peracta  
cum Cantoribus in Capella Konarsiana decantent, Diebus  
celebribus et Dominicis ac duplicibus majoribus Matutino  
et horis singulis, matutinis et vespertinis tum Summo sacro  
nec non Processionibus etiam Quadragesimalibus in eadem

et per.  
um  
pro:  
uate:  
Ma:  
um  
atis  
more  
tho:  
esia:  
ana  
uit,  
ribus  
  
Deside:  
t. ac  
ndeat  
deo  
opphia  
nti  
suis  
meri:  
ma  
bienni:  
at, ac  
disse:  
mpere

Ecclesia Cathedrali intersint, eisdem Festis sollemnioribus con-  
fiteantur, ac Illustrissimis Praelatis et Canonice diebus Fe-  
stis et Dominicis ad Missa Sacrificium assistant, Statutaq;  
omnia & singula ac consuetudines rationabiliter introdu-  
das et diuturno tempore continuatas sui Seminarii sub  
pena detractionis portionis aut alia arbitraria per D. Profe-  
ctum decernenda. observent. Quae enim ab antiquo ordinata  
et rationabiliter decisa sunt; observari, non aliqua refraga-  
tione turbari debent. can. Ecclesiastica 25. q. 2.

## Statutum 10mum.

### De Salaris Professorum.

Quoniam qui ad munus eligitur, repelli non debeat,  
a mercede, c. Cum secundum. de Preben. et dignit. propterea  
confirmantes nos ordinationibus & dispositionibus pie-  
tissimorum Fundatorum & Donatorum loci, statuimus  
ut Professores ad labores in Academia Poznaniensi impen-  
dendos vel iam impensos vocati & electi, suam habeant mer-  
cedem. Et quidem Clarissimus Director ratione Lectionis  
casuum conscientiae ex fundationibus Lubransiana fl. 100  
Kardrazeviana fl. 200. & Soldrsciana fl. 200 alias in  
Summa 500. fl. jam vero alii tres Professores in Academia  
manentes & Scholas docentes s. cum Seminarii & Contuber-  
nii Soldrsciani Praefecti ex suis Praefecturis salariati  
sint s. ex Kardrazeviana per fl. 150. ex Soldrsciana  
per fl. 100. hoc est in Summa per fl. 250. tollere de-  
bent, si in toto Censu praefatarum fundationum recipere-  
tur, alias in casu non receptionis totalis census, aut etiam  
in casu alicujus a Schola absentiae ad proportionem non  
recepti census vel absentiae iuxta statutum sextum Partis  
primae detruncatio fieri debet, ne per hoc alij in suis  
portionibus defraudentur & pietissimorum Fundatorum  
voluntates immutentur. Nihil enim magis curandum  
est, quam ut voluntates ultimae impleantur. ! Cum quidam.  
C. de Necessar. servis haeredib. instituen. ne per id jura pieta-  
tis

tis violentur. l. Contra voluntatem. C. de Testamentar. manumission.

### Statutum unum.

#### De Mensa Professorum

Quandoquidem unusquisque eum, cuius operis utitur, alere tenetur. In rebus. §. Possunt. ff. Commodati vel contra. ideo pi-entissimi Academiae Posnaniensis Fundatores & Dotatores ejusmodi legem observari volentes & operis Professorum ex universitate nostra Cracoviensi ad promovendum Studium uti cupientes; eisdem de alimentis providerunt ac illos in Academia prefata communem mensam habere valuerunt, pro qua instruenda ut certi determinarentur proventus taliter eosdem disponendos esse duximus, quemadmodum presenti Statuto nunc & in futurum inviolabiliter observando disponimus: quatenus Clarissimus Director pro tempore existens ex recepto Censu annuo Florenorum Duorum Millium Ducentorum, à Summa Capitali Viginti Octo milium Foundationis Rozdrzevianæ, pro Alumnis Rozdrzevianis florenos Mille Centum; pro Salariis sibi & tribus Professoribus sicut præmissum est: florenos Sexcentos Quinquaginta, pro Mensa sua et trium prædictorum Professorum florenos Quadringentos disponat, jam vero pro reparatione Academiae florenos Quinquaginta reserveat; ex censu eidem annuo florenorum Centum Sexaginta unius à Summa Capitali Duorum Millium Trecentorum florenorum Polonicalium Foundationis Lacciana, florenos Centum Mensæ suæ & trium præfatorum Professorum applicet, florenos autem sexaginta unum ad mentem Fundatoris ordinet ac potissimum accedente consensu Illustrissimi Capituli Cathedralis Posnaniensis pro reparatione Academiae convertat: ex censu similiter annuo florenorum Centum Octaginta, à Summa Capitali Florenorum Duorum Millium Octingentorum Sexaginta & Septem Polonicalium Foundationis Lubransciana reservatis sibi pro salario respectu Lectionis Casuum Conscientiæ sicut præmissum est: florenis Centum, ac pro reparatione florenis Quadringenta; florenos Quadringenta; prout & florenos Septuaginta à Summa Capitali florenorum Mille à Judæis Posnaniensibus, tum florenos itidem Septuaginta à simili Summa Mille florenorum ex Lapidea Justowska, necnon florenos Centum Quadringenta à Summa Capitali Duorum Millium à

~~Synagoga Judaeorum Tomaniensium~~, omnesq; proventus  
ex Molendino Łacny dicto ac ex Demo in Piotrowo non ita  
pridem extructa pro mensa sua, & sapememoralorum  
trium Professorum, tum ligna ad Culinam & habitatio-  
nem suam ac dictorum Professorum hiemali tempore  
calefaciendas, <sup>non pro salariis Familias</sup> convertat, hancq; dispositionem presenti  
Statuto contentam pro jure observet, nec eam unquam  
sub pena nullitatis immutare presumat. Ea enim quae con-  
tra jus sunt, debent pro infectis haberi. c. Quae contra. de Re-  
gul. Jur. in 6to

## Statutum 12. mum.

### De Proposito Collegii Academici

Quia equum & justum est, ut ille, qui gravatus  
in uno, in alio sublevari debeat, l. Cum qui. ff. de jure ju-  
rand. et l. jure successurum. ff. de jure dotium. Statuimus  
propterea Clarissimum Directorem vindicatione Censuum,  
attentiâ Studiorum & aliis Academiae Tomaniensis  
negotiis gravatum, per Propositum sublevari & juvari debe-  
re quolibet Quartuali eligendum vel reeligendum, qui tali-  
ter electus <sup>vel reelectus</sup> pecuniam sibi a Clarissimo Directore datam  
pro mensa ejusdem Clarissimi Directoris, trium Professorum  
Alumnorum & Commensalium, si qui fuerint, pro Lignis  
ad Culinam & habitaciones Clarissimi Directoris &  
Professorum tempore Hiemali calefaciendas, pro utensilibus  
Culinae & familia fideliter dispensabit, in Regestris percepto-  
rum & expensorum connotabit, & ex his in Convocatione  
publica Clarissimo Directori, & Excellen. Professoribus, ante  
electionem vel relectionem Propositi, calculum dabit & queta-  
tionem per subscriptionem Regestrorum obtinebit, mundiciei  
& honestatis Domus curam habebit, Ligna, legumina, &  
Cerevisiam tempestive procurabit, profectui Alumnorum &  
aliorum in Academia manentium attendet. eisdem singu-  
lis diebus Dominicis, Feriis Festis & Quinctis post Litantias  
cum illis & Professoribus absolutas, exceptis illis, qui cum  
Professoribus manent, visitabit, de diligentia inquirat, negli-  
gentes puniet, vel puniendas Clarissimo Directori deferet,  
in bonis

in bonis moribus, pietate, timore Dei & aliis virtutibus exercebit & ab omni malo, verbo & exemplo retrahet. Omnis enim & tas, nisi recte ab adolescentia instituat, ad malum pronata est. can. Omnis 12. q. 1.

# L R S 3tia

De Alumnis. Fundationum Academia Posnaniensis.

## Statutum 1mum.

De Alumnis Fundationis Rozdrzewianae

Quamvis ordinationibus & dispositionibus ex Decreto Tribunalis Regni Petricoviensis in Anno 1619. factis, cautum & Statutum sit: ut Alumni Triginta Rozdrzewianae Fundationis ex Censu annuo Mille Centum florenonum Polonicae, in Academia conservarentur & communem mensam cum Professoribus haberent; quia tamen hujusmodi ordinationes & dispositiones tanquam impossibiles non fuerunt in usu, sed aliquando unus, aliquando duo & ad maximum quatuor conservantur: ideo eundem usum, qui iusta l. Si de interpretatione. ff. de Legib. & Senatusconsult. sit optimus legum interpretes, his praecipue temporibus, quibus pretium rerum omnium quotannis augetur & accrescit, pra oculis habentes, pro lege & Statuto servari debere declaramus. Consuetudinis enim & usus longevi non vilis debet esse auctoritas. can. Consuetudinis. dist. 11.

## Statutum 2dum.

De Alumnis Fundationum Krzycciana & Zalaszoze

Quamquam temporum varietas, Jurium & Statutorum in fundamento. c. Non debet. de Consanguinit. & Affinit. variatione permittat; nihilominus perpensis aliis circumstantiis ff. quae in omnibus rebus ex dispositione. c. Licet Causam. de Probationib. serio attendi debent: Statuta & ordinationes circa Alumnos Quatuor Krzycciana in Anno 1655. Die 9na Mensis Novemb. & Quinque Zalaszoze Fundationum in Anno 1734 Die 6ta Mensis Februarii factas, in suo robore conservamus. Quae enim cum deliberatione facta sunt, subito mutari non debent. c. Advi. ille. Ne sede vacante aliquid innovetur.

## Statutum 3tium.

## De Commensalibus.

Quando quidem Scientia amore ꝑ qua sua. l. Prores.  
S. Proinde ꝑ. de Variis & extraordinar. cognitionib. est  
res sanctissima ac pretio inestimabilis: ꝑ multi exules  
facti semetipsos exinanierunt, vitamq; suam attestante.  
Authen. Habita. C. Ne filius pro Patre. multis periculis  
exponunt, adeoq; illorum omnes misereri & eisdem in  
Beneficentias suas recipere debent. Proinde statuimus, ut si qui  
tales reperiantur ac mansionem & Mensam in Acade:  
mia cum Professoribus & Alumnis superius specifica:  
tis habere velint, eisdem Clarissimus Director ꝑ tem:  
pore existens patrocinari non dedignetur, illosq; tam ad  
mansionem, quam ad Mensam ꝑavia conventionem  
de quanto & ejus de facto solutione admittendi habeat  
facultatem. Quicquid vero ꝑ illis importatum et ꝑ  
illis expensum fuerit in Regestris Perceptorum & Ex:  
pensionum connotabitur. Verum si quis ex Commensali:  
bus distinctam & magis copiosam mensam cum Cla:  
rissimo Directore, vel alio Professore habere pretenderet,  
suorum votorum compos efficiatur. Cuiuslibet enim homini  
indultum à natura est, ut facere possit quod libet.  
l. Libertas. ꝑ. de Statu homin.

## Statutum 4tum. De Locis ad Mensam.

Quoniam qui prior tempore, potior est jure. can. Qui  
prior. de Reg. Jur. in 6to. ideo statuimus: ut Alumni Roz:  
drazeviani, qui priores sunt fundatione primum ꝑ  
Excellenti Professore, secundum Krzycciani, tertium Zala:  
zeviani, quartum demum Commensales ad mensam  
communem in Academia Poznaniensi habeant locum, nisi  
dignitas Patris aliud suadeat. Quia Pater & Filius una  
eademq; persona censentur. l. Si quis. C. de Impuber. Substit.  
& Filio facta in aliquo injuria, ipsi Patri facta censetur.  
l. Sed si unus. S. Aut Pater. & S. Filiofamilias. ꝑ. de  
Injur.

Statutum

# Statutum Stum.

De Benedictione gratiarum Statione, & aliis sub tempore Mensae servandis.

Quia qualibet consuetudo laudabilis pia devotione fide-  
 tum introducta, manuteneri & inviolabiliter servari debet.  
 c. Ad Apostolicam. de Simon. ideo & sequentem can. Quando autem.  
dist. 44 firmatam pro lege servandam esse praecipimus ac precii-  
 piendo ordinamus: ut pro Prandio vel Cena per pulsum Campanae  
 convocati Excellens Professorum Alumnus & Commensales, Clari simus  
 Director vel <sup>ad mensam</sup> DD. Professorum prior versum incipiat, ac cibos appositos  
 benedicat, factaque benedictione ordine, quo supra ad Mensam con-  
 sidant, alter alteri honorem praebeat, per vires cibum & potum  
 unusquisque sumat, nullus alterius tam praesentis, quam absentis  
 famam & honorem denigrare, peccationes reprehendere, aut inanes fa-  
 bulas proferre audeat, sed lectioni sacrae per unum ordine ex Alu-  
 mnis vel Commensalibus septimanatim sub carentia portionis  
 toties, quoties intermissa fuerit, eousque facienda, quousque Clarissi-  
 mo Directori, vel in absentia eius priori ad Mensam Professori vide-  
 bitur, quisque attendat, ac tandem finita mensa omnes absurgant  
 & gratias Deo agant, alternatimque Psalium De profundis cum  
 versibus & collecta. Deus venia largitor pro Benefactoribus reu-  
 tent. Illis enim tenemur esse obnoxii, a quibus nos recepisse be-  
 neficia recognovimus. c. Cum in officiis. de Testament.

# Statutum 6tum.

De Charitate mutua.

Quemadmodum sine via pervenit nullus, quod tendit, ita si-  
 ne Charitate, quae via est, can. Caritas, dist. 2. de Parit. non am-  
 bulare possumus, sed errare. Ut igitur recte in omnibus, tam Profes-  
 sores, quam Alumnus & Commensales Academiae Romaniensis am-  
 bulent, & ne in quopiam errent, statuimus; quatenus inter illos  
 mutua charitas si quae est omnium bonorum radix. can. Quia  
radix. loc. cit. si servetur, se invicem diligant, nihil inter ipsos  
 nocendi cupiditate fiat, sed omnia consulendi charitate, nihil  
 immaniter, nihil inhumaniter, can. Prodest. 23. q. 1. semper in-  
 ter illos etiam in adversis si quae Deus avertat si maneat, semper  
 radice tur, & omnia mala eradicabuntur. Ubi enim charitas

radicata est, ibi nihil mali esse potest, can. Radicata. dist. 2.  
de Peniten.

## Statutum Unum.

De Conservatione & reparatione Habitationum

Quandoquidem habitatione ad habitandum alicui commissa, & ea, quae in illa sunt per l. Si ita. §. De mo. ff. de Fund. instruct. committi videntur: ideo Excellentissimi Professori, Alumno vel Commensali per Clarissimum Directorem habitatione commissa, etiam omnis suppellex ad habitationem spectans commissa censetur; quam habitationem cum suppellectili, mensa scilicet claustro & aliis omnibus pertinentiis ac pertinentiis ad eam spectantibus per Praepositum Domus, registrata quilibet in suo statu conservare studeat in effectu, sub pena restitutionis amissionum vel reparationis deterioratorum. Quia vero suam Domum permittente. l. Domum suam. ff. de Reg. Jur. unicuique reficere licet; eandem pro arbitrio & commodo suo, nihilominus absque lesione parietum reficere, refectam picturis, promptuariis, parietum coronis & aliis ornamentis, uniusquodque adornare poterit, modo in egressu ea, quae in clavo parietis affixa sunt, & quae sine lesione parietis avelli non possunt, relinquat. Omne enim quod solo modificatur, solo cedere debet. §. Cum in suo. Instit. Imper. de Herum division.

## Statutum Quum.

De Custodia & Clausura Academiae.

Quia domus sua unicuique debet esse tutissimum receptaculum. l. Plerique. ff. de Injus vocan. statuimus propterea quatenus Excellentissimus Praepositus diligenter attendat: ut nocte adveniente, ne aliquis manentium in Academia damnus patiatur, fores ejus in hieme hora 6. in aestate hora 9. claudantur. Nihilominus si aliquem Professore, vel Alumnum aut Commensalem, etiam in proprio negotio diutius, non tamen ultra spatium unius horae post clausuram extra Academiam, morari contingat, eidem pulsati aperiatur, & ut tempestive in posterum veniat per Clarissimum Directorem moneatur, & si monitus ab his non destiterit, ac sine legitima & rationabili

& rationabili causa divagatus fuerit, maximè si sit aliqua de ipso suspicio inhonestæ conversationis vel crapulæ, judicetur, ac in corrigibilis post tertiam monitionem canonicam, Professor quidem Magistro Rectori Universitatis Nostræ pro tempore existenti deferatur, Alumnus verò & Commensalis excludatur. Honesti enim viri, debent esse in omnibus suis nocte adveniente. DD. in l. 2. S. Et quia. ff. de Orig. jur. & colligitur ex l. Hoc edictum. S. Labeo. Præcis, qui dejecerint

**L A R S Aca.**

**De Studiosis Scholæ Academiæ Posnaniensis frequentantibus Statutum Annum.**

De Inscribendis in Album seu Metriculam Studiosis. Quia lex est de præcepto, ac ideo omnino servari debet. c. Canonum Statuta. & ibi Abb. n. 4. de Constit. statuimus propterea: ut Studiorum causa ad Academiæ Posnaniensem venientes legem omnibus ferè Universitatibus ac Academiis communem observent, ac ut privilegiis Studiosorum Universitati Cracoviensi concessis & ad Studiosos hujus Academiæ tanquam Filiae extensis gaudeant, sua Nomina & Cognomina in Album seu Metriculam quantocius & ad maximum intra octo dies ab adventu computandos præviò corporali juramento juxta Ratham inferius descriptam ad Evangelia Christi præstando, inscribi contentent. Ille enim qui non est in Metriculam inscriptus specialibus illius Academiæ, in qua versatur, immunitatibus frui non potest. Math. Stephan. de Academ. Cap. 5 n. 8.

**Forma Juramenti Studiosorum.**

Ego N. juro Deo Omnipotenti trino in personis, in Essentia uni: quod in omnibus licitis & honestis Clarissimo Directori nunc & pro tempore existenti, ac Scholarum Professoribus obediam, aliis Professoribus & Præceptoribus quamdiu hic studia tractabo non utar, tantum illis qui ad jurisdictionem Academicam spectant & spectabunt, arma non portabo, nisi mihi specialiter per Clarissimum Directorem data fuerit facultas, semperq; intra metas honestatis me continebo; hospitia non visitabo, injuriam nemini inferam, illatam mihi, vi & propria auctoritate non vindicabo, sed super hoc assistentiam Clarissimi Directo: # Hæreses quasvis ab Ecclesiâ & Et damnatus vitabo;

ris ad quodvis forum implorabo, bonum verò Illustrissimi Capituli & hujus Academiae ac Matris ejus Universitatis Cracoviensis ad quemcunq; statum pervenero, pro posse meo promovebo, sic me Deus adjuvet & hoc Sanctum Dei Evangelium.

## Evangelium.

In illo tempore. Extollens vocem quaedam mulier de turba dixit ad Jesum: Beatus venter, qui te portavit & ubera quae suavit. At ille dixit: Quinimo Beati, qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud.

## Statutum 2dum.

De Moribus & honesta conversatione Studiosorum.

Quoniam non auri vestiq; pompa, sed boni Christianorum mores sunt verus ornatus. can. Gucare, de Consecr. dist. 5 ac ideo omnes excedunt divitias. l. Scire. §. Cum reliquis. ff. de Tutorib. & Conservatorib. ac ipsi praevalent Nobilitati. l. Pronuntiatum. ff. de Verbor. Significat. propterea statuimus, ut amare doctrinam ad Scholas Academicas congregati juvenes, in moribus optimis se exerceant, honestas sectentur, inhonestas conversationes velut pestem fugiant, applicationem seriam ad studia literarum adhibeant, Scholas frequentent, divagationes, computationes, rixas, altercationes, & alias ejusmodi inconvenientias evitent; quas si quis ex illis fecerit, & huic statuto non obediverit pro primo moneatur, pro secundo Scholasticè puniatur, & pro tertio tanquam ovis scabiosa, ne totum in <sup>preys</sup> ficial. de gremio mediante Sententia Clarissimi Directoris in fundamento. can. Resecanda. 24. q. 3. expellatur. Satis enim est paucos Studiosos eosq; bonos, quam numerosam malorum multitudinem habere. ex sententia Philippi Nassiae quondam Landgravi in fundatione Academiae Marpurgensis.

## Statutum 3tium.

De Obedientia & Observantia Professorum.

Quia à Parentibus habemus ut vivamus, à Praeceptoribus ut bene & virtuose vivamus: ideo illis exemplo Attulii Reguli in l. Attilius Regulus ff. de Donationib. positò, non secus ac Parentibus debemus esse obligati. Statuimus igitur

igitur & sub penis arbitrariis precipimus; quatenus omnes & sin:  
 guli studia in Academia Romanensi tractantes legis profusa  
 memores Professoribus & Praeceptoribus suis ubiq; locum in ob:  
 sequendo, stando, sedendo, monitis obtemperando, & in aliis debi:  
 tam reverentiam & observantiam exhibeant. Praeceptoris enim  
 persona Discipulo debet esse sancta & honesta, sicut Filio &  
 Liberto persona Patris & Patroni. Liberto. ff. de Obsequiis.

**Statutum Atum.**

*De Pietate & timore Domini Studiosorum.*

Quandoquidem omnis boni operis in can. Si quis libet. 22. q. 2.  
 pietas studiosissima Mater, appelletur. Idcirco statuimus, quater  
 nus Studiosa Academia Romanensis, Juventus in bonis operibus  
 proficere & eadem sibi in tractu studiorum suorum comparare  
 cupiens; pietatem velut almam Matrem in omnibus actibus  
 suis tenerrimo colat affectu, in timore Domini, qui est initium sa:  
 pientiae se exerceat, honorem Dei, cultum Beatae Virginis Mariae  
 ac Sanctorum Patronorum venerationem, tum Divinae presen:  
 tia memoriam semper praese oculis habeat, seq; ad recitandum  
 Beatissimae Virginis Mariae sine labe originali conceptae officium  
 promptam exhibeat, frequentem sacrae Confessionis & communio:  
 nis usum retineat ac in omnibus deniq; operibus suis Deum  
 pro fundamento habeat. Ubi enim Christus non est fundamentum,  
 ubi nullum boni operis est superaedificium. can. cum Paulus. 1. q. 1.

**Statutum Stum.**

*De Officiis Studiosorum.*

Quamvis voluntarios sibi eligit milites Christus, can. Non est.  
15. q. 1. ac illius & Matris ejus honori quemadmodum unus:  
 quisq; ita & Juventus Academica voluntarie ac sine quavis coa:  
 ctione militare debeat; nihilominus ut ad id officium debite ex:  
 plendum statim ateneris abvescat statuendum esse duximus, pro:  
 ut statuimus: quatenus eadem Academica Juventus singulis  
 Dominicis diebus & Festis cum suis Professoribus Scholarum  
 humaniorum ad suum pietatis Oratorium hora solita matutina  
 sub penis Scholasticis congregata, Officium Beatissimae Virginis  
 Mariae devote, attente & sine precipitantia alternatim decan:  
 tet; quo finito ad Ecclesiam Cathedralam cum ipsdem Professo:  
 ribus pro audiendo Missae sacrificio & Concione se conferat  
 semperq; diebus Dominicis hora prima post meridiem sub



negyres, Conclusiones & id genus alia imprimere vel reimprime-  
 re solent, percipiet & expendet, in Regestris Perceptorum & Expen-  
 sorum cum annotatione Nominis & Cognominis Authoris, philo-  
 saram Libri, necnon characterum minorum vel majorum fideliter  
 connotet & in cista seorsiva Typographica, persolutis Typographicis  
 artis sociis secundum conventionem salariis reponat, nec in ali-  
 os usus, quam in Typographicos pecuniam perceptam sub restitu-  
 tione de suo expendere audeat, ac ex his omnibus coram Claris-  
 simo Directore & DD. Professoribus in Convocatione rationem  
 reddat. Quilibet enim Administrator & negotiorum gestor  
 sua administrationis & negotii gesti rationem reddere tenetur.  
 Si quis ff. de Negot. gest.

**Statutum 2dum.**

De Dispositione Pecunie ex Typographia perceptae.  
 Quia pecunia secundum Nevizan. in Sylv. nupt. Lib. 2. n. 96.  
 in princ. est optimus futurae necessitatis Fidejussor: qua ut etiam Typo-  
 graphiam Academiae Bonariensis in omnibus necessitatibus quo-  
 vis tempore convincere valeat: statuimus & decernimus: quatenus  
 ex Typographia pecunia percepta, in solos s. ut praesupsum est: /  
 Typographiae usus convertatur. Et si quid post rationes per Claris-  
 simum Directorem coram Perillustribus & Reverendissimis  
 Academiae Provisoribus, vel coram aliis a Peraugusto Capitulo  
 Deputatis factas remanserit, Clarissimo Directori noviter ac-  
 cedenti & D. Praefecto Typographiae electo vel reelecto cum Inven-  
 tario Librorum Impresorum vel reimpresorum & Papyri pro  
 ipsidem Libris imprimendis vel reimprimendis coemptae me-  
 diante eorum manuali submissione reddatur. Si tamen fa-  
 ciente Domino ac cura & sollicitudine Clarissimi Directoris &  
 D. Praefecti, accreverit, provisus necessitatibus Typographicae &  
 persolutis Anniversariis ad Ecclesias Collegiatae Beatissimae  
 Virginis Mariae in Summo & S. Nicolai poterit certum quan-  
 tum habito consensu expresso Perillustrium Reverendissimo-  
 rum Provisorum in reparationem Academiae & auctiorem  
 mensae converti, modo id non fiat, cum injuria & detri-  
 mento Typographiae. Alteri enim cum injuria alterius subveniendum non est. can. Deniq. 14. q. 5. & can. Primum. 22. q. 1.

## Statutum 3<sup>ium</sup>.

De Libris non imprimendis sine approbatione.  
Quemadmodum Sacrorum Canonum præscriptis, Con:  
cilionum Decretis, Regiis edictis & Constitutionum Provin:  
cialium, Regni nostri sancitis send & sub penis prohibi:  
tum est, ne quid Typographi in suis Typographiis sine  
approbatione Locū Ordinarii & Censura ejus Delegati im:  
primere vel reimprimere audeant; ita & nos presenti  
Statuto Præfeto Typographiæ Academiæ inhibemus  
& seriò præcipimus: ut illos tantum Libros in Typogra:  
phiæ Academiæ imprimi vel reimprimi faciat, qui  
Authoritatem Ordinariam fuerint revisi & approbati; ac  
proinde & DD. Professores sæpessatæ Academiæ Parisi:  
ensis suas Lucubrations quascunq; Typis manda:  
re volentes, easdem censuræ Clarissimi Directoris subiice:  
re & legem omnibus præscriptam observare teneantur.  
Leges enim, quæ omnium hominum constringunt  
vitæ, ab omnibus sciri & intelligi debent, ut universi præ:  
scripto earum manifestius cognito & inhibita decli:  
nent, & permissa sedentur. l. Leges ut generales. & l.  
Leges sacratissimæ. C. de Legib. & Constit. Prinap.

## Statutum 4<sup>tum</sup>

De Conversatione Scriptorum seu Sociorum Typogra:  
Cum sæpius malorum consortia, etiam optimos  
quorvis corrumpere soleant. can. Sæpè. 20. q. 1. Statuimus  
propterea & sub penis arbitrariis inhibemus: ne Socii  
artiæ Typographiæ talibus se hominibus immisceant,  
à quibus corrumpi & depravari possint, consortia eorum  
vitent, ebrietatem, quæ est omnium vitiorum fomes &  
nutris, fugiant, muneri quisq; suo diligenter incumbat,  
à labore Typographico se non absentent, characteres cum  
cineribus & quisquiliis extra Typographiam non ever:  
rant, nec alio quorvis modo efferant, eandem Typogra:  
phiam & Authores Libros imprimentes vel reimpri:  
mentes per sua additamenta sub eorum confiscatione  
toties, quoties facta fuerint, non defraudent. Braus  
enim

enim malitia & dolus nemini patrocinari vel prodesse, sed potius  
obesse debent. c. Sedes Apostolica. & c. & tenore. de Rescript. necnon  
c. Ca. Literis. de Dolo & Contumac.

### Statutum 5<sup>um</sup>.

De Foro eorundem Scriptorum seu Typographorum,  
Quoniam per Privilegium Vladislai Jagellonis Poloni-  
arum Regis, quod referunt Herbut. Latin. u. Schola Cracovien-  
sis. Polonic. v. B. kółła Krakowska. Prystaw. Lib. 1. cap. 4. fol. 160.  
de Libertate Scholarium. & Janusson. Lib. 2. Part. 1. fol. 217. tit. cod.  
à Sancta Sede Apostolica approbatum, Scriptores, seu Typographi  
ac eorum Socii in Causis Civilibus & Criminalibus leuionibus  
ab omni foro & jurisdictione quacumq; exempti & soli jurisdi-  
ctioni Magnifici Rectoris Universitatis Cracoviensis sint sub-  
jecti, ac eorum eo respondere debeant; considerato nihilominus  
difficili ob locorum distantiam pro administratione justitiæ  
injuriatorum ad Magnificum Rectorem recursu, eodem Sripto-  
tes, seu artis Typographica Socios in Typographia Academicæ  
Posnaniensis Operantes in Causis præfatis Civilibus & Crimi-  
nalibus leuionibus Maximo Directori pro tempore existenti  
subijciendos esse duximus, prout subijcimus præsentis statu-  
to ad præmissa mediante in fundamento Regularum juris  
unius: Potest quis alium, qui potest facere per se ipsum. &  
alterius: Qui facit per alium est perinde, ac si faciat per se  
ipsum. c. Potest. & c. Qui facit. de Regul. jur. in 6

### Statutum 6<sup>um</sup>.

De Bibliotheca & Bibliothecario.  
Quia scientia requirit studium, exercitium verò  
studii convenienter haberi non potest sine usu librorum:  
c. Exil. 9. In alio. de Verb. signific. in 6. ideo ut per ejusmodi  
usum librorum studium & exercitium ejus habeatur ac ipsa  
scientia, quæ est res sanctissima & pretiosissima gratia Dei  
acquiratur, statuimus & decernimus quatenus in Convocatio-  
ne publica unus ex DD. Professoribus quolibet anno eligatur  
vel reeligatur Bibliothecarius, qui à Bibliotheca claveo ha-  
beat Librosq; sibi inventario redditos non solum Professoribus  
sed etiam Alumnis & Commensalibus petitos prævia de-  
restituendo in scripto danda recognitione, ac juxta.

ordinationem Krzyccianam ab usu uniuscujusq; Libri  
in Folio grossorum Quindecim, in Quarto grossorum Re:  
vem, in octavo grossorum Sex Polonicatum pro repara:  
tione deterioratorum duntaxat Librorum convertenda  
solutione ad tempus praefinitum accommodet, quo ela:  
psa Librum commodatum repetat, & in Biblioteca reponat.  
Verum si extra Academiam Librum commodari contingat,  
non solum praemissa in commodatione observari, sed  
etiam juxta eandem Krzyccianam Ordinationem valor  
Libri commodati, in pignus relinqui debet. Pecunia enim  
cujusvis rei vicem sustinere potest. l. Si ita. ff. de Fidejussorib.  
& Mandatorib.

## Statutum 2<sup>um</sup>.

De Conservatione & reparatione Academiae.  
Quandoquidem expedit Republicae; ne Urbes & domus  
ruinis deserviantur. l. An. ff. Ne quid in loco publico & l.  
Singularum. C. de Aedific. privatis. ideo statuimus de Sta:  
tissimum Directorem, nunc & pro tempore existentem  
obligamus; quatenus quolibet anno ea, quae reparatio:  
ne indigent, tempestive non expectando majores ruinas  
reparet, nec census pro ejusmodi reparatione ordinatos  
in alios usus, quam in reparationem necessariam sub  
pena restitutionis de proprio convertat. Si vero census  
pro reparatione ordinati, qui satis exigui sunt, non suf:  
ficient, ad Praeaugustum Capitulum & Reverendissimos  
Provisores recurrat, ut alumnos si non omnes, saltem  
nonnullos eorumq; suspendere a participatione dignen:  
tur, quousq; pro commoditate eorum mansiones, & tecta  
non reparabuntur. Cujus enim est in mansione com:  
modum, ejusdem debet esse in expensis pro reparatione  
incommodum. l. Secundum naturam. ff. de Reg. Jur. &  
c. Qui sentit. eod. tit. in 6<sup>to</sup>.

## Statutum 3<sup>um</sup>.


De Lectu:

I A L S Sta  
De Modo et ratione boni regiminis  
Statutum

16

De Convocationibus et officiis Academicis

Quia quod à pluribus quaeritur, facilius invenitur: can. de quibus. dist. 20.  
propterea statuimus; quatenus clarissimus Director pro tempore existens  
signanter in rebus majoris importantis nihil pro arbitrio suo faciat, sed un-  
cum Excellent. Professorum exquirat, ac ad eum finem toties, quoties opus fu-  
erit Convocationes extraordinarias in Academia celebrari curet; verum  
ordinaria Convocatio 1ma ad initium Magistratus Directoralis die  
Festis non impedita peragatur, in qua Praefectus Typographiae et Bi-  
bliothecarius eligantur ac Oratorum publicarum pro toto anno in-  
ter Professores distributio fiat. 2da et 3ta ad initium Anni secun-  
di et tertii Directoratus de eadem distributione Oratorum publica-  
rum ac de electione vel relectione eorundem Typographiae  
et Bibliothecae Praefectorum tum de receptione calculi ab eisdem  
ac de bono ordine Typographiae et Bibliothecae celebratur,  
4ta ad finem Directoratus de sola duntaxat receptione calculi  
à Praefecto Typographiae et Bibliothecario necnon de receptione  
Inventarii ab eisdem instituantur; iam vero Convocationes domus  
de eligendo vel reeligendo Praefecto, et rationibus per eum dan-  
dis quoties quadrimestrali iuxta statutum ac Partis 2da expectantur  
Convocationesq; cum Alumnis et alijs in Academia manentibus studio-  
sis qualibet Septimana per Praepositum domus de profectu eorum  
in studio, pietate et moribus fieri solita sub poenae contra negligen-  
tes in officiis in jure praescriptis non intermittantur. Praeceptoribus enim  
curare debent, ut pro posse suos instituant discipulos. c. Quia. de Magist.



De Lectura & observatione Statutorum.

Quia Statuta non ligant probabiliter ignorantibus. c. Ut animatum. de Constit. in 6to. propterea Clarissimum Directorem, qui pro tempore fuerit, obligatum haberi volumus ac presenti Statuto obligamus: quatenus superius descripta Statuta omnia & Singula<sup>ta</sup> Excellentibus Professoribus, quam Alumnis, Commensalibus, Studiosis, & Artibus Typographica Sociis, maxime circa susceptionem eorum, & quoties opus fuerit, etiam ad Mensam communem, & in Convocatione publica, ne ipsorum ignorantiam allegent, legi faciat, & ad observationem eorum verbo & exemplo permoveat, Leges enim & Statuta observari & pro ludibrio haberi non debent. c. Canonum Statuta. de Constit. & c. Commissa. de Elect. in 6to.

Statutum 4<sup>um</sup>

De Synoptica Perceptorum & Expensorum informatione.

Quoniam nihil immensum, bonum est. Nobel. 3. in Proem. d. Quia enim. tit. Ut determinatus sit Numerus. ideo abbreviando Statuta superius descripta, ad finem eorum Synopsim omnium Censuum a Summis Capitalibus Singulis provenientium describendam esse duximus; ut illa inspecta quid, pro mensa & salariis Clarissimi Directoris & Excellentium Professorum & quid pro reparatione Academiae, Alumnis, Fratibus, & aliis necessitatibus ex qualibet fundatione percipiendum & expendendum sit, facilius sciantur & sine spe venia ac allegatione ignorantia observetur. Ignorantia enim in ijs allegari & excusare non potest, quae quis ratione officii indagare & scire tenetur. c. Innotuit. de Elect. & c. Quamvis de Regul. Juris. Scire namq; & scire debere paria sunt, l. Quod te & ibi gloss. v. Deberes ff. de Reb. credit. & l. Quisquis C. de Rescenden. vendition.

# Synopsis Proventuum & Expensarum

Fundatio	Summa Capitalis	Census Totalis	Mensa ligna	Palatia & Forum	Repa. ratiō.	Alie. mnals.	Festiv. B. & Can.	Uia. les.
Libranski Episcopi								
Posnan. in Subcryn.	2062	100	40	100	40	-	-	-
Rozdrzewiana.	20000	2200	400	650	50	1100	-	-
Zacciana. . . . .	2300	161	100	-	61	-	-	-
Soldrsciana.	10000	700	-	500	-	-	-	20
Krzycciana.	10000	700	-	-	-	820	-	-
Palaszeviana.	10000	750	-	-	-	750	-	-
Palaszeviana. à Synag. Judcor. Posn.	2000	120	-	-	-	-	120	-
Palaszeviana. à Posnaniensibus.	1000	70	70	-	-	-	-	-
Ex Lapidea Justouka	1000	70	70	-	-	-	-	-
Waleszeviana	2000	120	-	-	120	-	-	-
Molendinum Lactis.	-	-	Provent.	-	-	-	-	-
<b>Summa Summario</b>	<b>69167.5.111</b>	<b>600</b>	<b>1250</b>	<b>291</b>	<b>2670</b>	<b>140</b>	<b>20</b>	

TUU

Via  
les.

20

